

VINCENTII PETAGNAE

IN REGIO NEAPOLITANO LYCEO

BOTANICES PROFESSORIS

# SPECIMEN INSECTORUM

## ULTERIORIS CALABRIAE.





*FRANCOFURTI ET MOGUNTIAE*

APUD VARRENTRAPP ET WENNER

1787.



# LECTORI.

PLuribus abhinc annis ab hac Provincia alienus tot tantisque curis impeditus, et clinicae Medicinae unice intentus aegre huic operi manum admovi. Novissimus Entomologus offero tibi *benevole Lector* Specimen Insectorum Ulterioris Calabriae, quae raptim collegerunt duo carissimi mei Discipuli *Julius Candida*, et *Josephus Stephanellus*, cum in Academica missione anni 1783. instituta ad terraemotuum phoenomena, qui initio illius anni totam Provinciam vastarunt, exploranda, simulque naturalem illius Historiam pervestigandam, Botanicae atque Entomologiae munus ipsis tributum fuerit. Qui cum trium mensium spatio totam Provinciam peragrarint, adyta quaecumque, omniumque montium salebras lynceis oculis accuratissime inviserint, plantas, Insecta, mineralia collegerint, omnia uno verbo, quae aliquid singulare offerebant, summa diligentia in capsis reposuerint, et in diario descripserint, fessi tandem nunquam intermisso itinere, stagnisque Crotonis, ejusque vini-

niis nimium immorati, statim post reditum horrenda maligna febre correpti, quasi quodam miraculo post varia discrimina e mortis periculo evaserunt. At pestiferi illius myasmatis recidivas vitare non potuerunt, quod iterum iterumque in vitae periculum eos adduxit, donec alteri tabe confecto vitam ademit, alteri incolumitatem concessit.

Superstes *Stephanellus* clinicae Medicinae addictus Historiae naturalis nomine perhorrescit, neque meis hortatibus, neque Amicorum blanditiis induci potuit, ut observationum saltem diarium, Insectorumque Catalogum, qua in parte plurimum valet, publici juris faceret; tantumque locorum adversaria, in quibus Insecta invenerant, aequo animo mihi tradidit.

Gazam, quam secum attulerunt sollicite collegi, et scrupulose servavi, diarium a defuncto confectum in manibus habeo, quod repetitis vicibus evolvens obstupesco, quoties considero, quomodo in tam exigui temporis angustiis potuerit non mediocris Provinciae physicam illustrare, naturalem illius Historiam explanare, plurima Antiquitatis loca, quorum quaestio adhuc erat, stabilire, atque ictu oculi Naturae claustra reserare in molybdenae confectione; ut praeteream mineralium annotationes, quibus illa Regio abundat, quum haec obiter memorata sint, ne in alienam provinciam ingredi videretur. Tantae spei juvenem, qui indefesso labore, una cum

mo-

morum integritate, atque animi candore vere Candidus, viam sibi ad immortalitatem sternebat, fato abreptum amisi. Superiore autem anno de ejus salute desperans, eum coëgi ad conscribendam Epistolam, in qua modum ostenderet, quo in molybdenae confectione utitur natura, ne tantum inventum una cum vita periret. Obsequens dilectissimus meus Discipulus in summo vitae discrimine mihi illam epistolam dicare voluit, ediditque priusquam extremum osculum suo Institutori concederet.

Post hujus obitum anceps haesi utrum oblivioni darem, quae ne curiositatem quidem movere potuerunt, an publico offerrem, quae ipse vitae propriae dispendio collegerat. Sed memoriae illius amore percitus constitui evulgare, quae tanti Juvenis vitam aeternam reddere possunt.

In ea igitur fui sententia, ut omnium primum Specimen Insectorum in lucem ederem, quae a duobus sociis in ulteriore Calabria lecta fuere, eaque secundum *Fabricii* Systema concinnarem: novorum vel rariorum descriptionem apponerem: quorumdam etiam icones exhiberem, unde appareret quae sint peculiaria illius Provinciae Insecta, et quae inveniri possent, si quis ibidem degens huic studio sedulam operam navaret; eoque magis ad hoc me applicui, quod exteri Viatores, qui ejusmodi Insecta apud me viderunt, uti rara et nova mirati sunt, et desiderium possidendi ea ostenderunt.

Quan-


Quantum laboris impenderim in statuendis generibus et speciebus secundum *Fabricii* systema noverint, qui linnaeano lacte enutriti dictum systema amplexi sunt, praesertim cum Insecta diu servata nec numerosa examinari debuerint. Non neglexi tamen, ut fidem facerem veritatis speciminum, omnia oculis amicissimi *Philippi Cavolini* in hac scientia versatissimi subjicere, quaeque jam carie mutilata erant, omittere quam dubie recensere malui.

Ex hac tantilla naturalis Historiae parte facile intelligi potest quae in reliquis illius partibus strenui socii collegerint, praesertim in Botanica, quorum in speciali plantarum Tractatu mentionem faciam.


Si per tempus licebit Diarium postmodum eadem, quod cum sit imperfectum, si nihil fortasse publicae utilitatis afferet, Eruditorum saltem curiositati satisfacere poterit.



CLAS-



# CLASSIS PRIMA.



## ELEUTERATA.

1. LUCANUS *capreolus* mandibulis exsertis apice tantum bifurcatis, labio ruga transversa elevata interrupta *Fabr. Sp.* 2.

*Lucanus capreolus* scutellatus, maxillis exsertis, apice tantum furcatis. *Linn. Syst. Nat.* 2. 560.

*Sulzers Ins. tab.* 2. *fig.* 1.

*Degeer Ins.* 4. *tab.* 19. *fig.* 11. 12.

Hujus femina simillima est feminae *Lucani Cervi*: masculo maior est; & optime descripta a citato *Degeer Ins.* 4. pag. 337. delineataque in *fig.* 7. *tab.* 12. ejusdem Tomi.

Non mirum hoc americanum Insectum in nostro Regno habitare cum plurima adhuc sint, quae in reliquis Orbis partibus inveniuntur.

In loco vulgo *la Foresta di S. Simio*.

2. LUCANUS *parallelepipedus* mandibulis dente laterali elevato, corpore depresso *Fabr. Sp.* 2.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 561.

A *Degeer*

*Degeer Ins.* 4. *tab.* 12. *fig.* 9.

In nostro specimine sunt adnotandi tarsi ciliati villo aurato, femorum anteriorum maculis concolore.

In herbis prope aquas loci vulgo *la Foresta di S. Simio*.

3. SCARABÆUS *sacer* exscutellatus clypeo sexdentato, thorace inermi crenulato, tibiis posticis ciliatis, elytris laevibus *Fabr. Sp.* 31.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 545.

*Scarabaeus crenatus* Degeer *Ins.* 7. 638. *tab.* 47. *fig.* 18.

Ex Apulia misit etiam *Julius Candida*.

4. SCARABÆUS *laticollis* exscutellatus muticus niger, clypeo sexdentato, elytris sulcatis. *Fabr. Sp.* 31.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 549.

*Copris niger* capite clypeato, margine serrato, thorace lato laevi, elytris striatis. *Geoffr. Ins.* 1. 89.

Corpus totum nigrum laeve. Clypeus sexdentatus, dentibus exterioribus majoribus. Thorax pone rotundatus, obsolete acuminatus, punctis majusculis excavatus, margine utrinque crenulato, ciliato. Elytra striata, punctisque excavata. Pedes ciliati: tibiis anticis quinquedentatis. *Scar. sacro* dimidio minor est, neque in clypeo cornu rudimentum habet. Diversa igitur species.

In Calabriae maritimis, et in nostri maris litoribus habitat. Pilas e stercore conficit, quas pedibus posticis volutat, iisque ova concredit, et postea sepelit, ut fimi calore excludantur.

5. SCARABÆUS *stercorarius* scutellatus muticus ater, clypeo rhombeo, vertice prominulo, elytris sulcatis. *Fabr. Sp.* 18.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 550. *Fn. Sv.* 388.

*Degeer Ins.* 4. *tab.* 9. *fig.* 10. 11.

Variat saepe. Tres varietates habemus, quarum prima reliquis major linnaeanae descriptioni respondet: altera magnitudine media thorace, et elytris glabris vix sulcatis a Fabricio definita: tertia minor maculis in anticis femoribus orbata, subtus colore viridi aurato praedita est, videturque illa esse, quam *Allionus* ex Italia *Fabricio* misit.

6. SCARABÆUS *vernalis* scutellatus muticus, elytris glabris laevissimis clypeo rhombeo, vertice prominulo. *Fabr. Sp.* 19.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 551. optime descriptus in *Fn. Sv.* 2. 389.

*Sul-*

*Sulzers Ins. tab.* 1. *fig.* 6.

*Degeer Ins.* 4. *tab.* 10. *fig.* 4. optima.

Uti praecedens vulgatissimus, a quo differt praecipue colore caeruleo nitido, et elytris non sulcatis.

7. SCARABÆUS *Schaefferi* exscutellatus muticus, thorace rotundato, clypeo emarginato, elytris triangulis, femoribus posticis elongatis dentatis. *Fabr. Sp.* 32. *Linn. Syst. Nat.* 2. 550. cum descriptione.

*Scarabaeus longipes Scop. carn.* 84.

In stercore bovino.

8. SCARABÆUS *ovatus* exscutellatus muticus niger, thorace rotundato subaeneo, elytris abbreviatis. *Fabr. Sp.* 34.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 551.

Magnitudo oryzae.

In rupibus Montis S. Mariae Niceti, vulgo S. *Lucido.*

9. SCARABÆUS *Candidae* scutellatus rufus thorace excavato antrorsum cornuto, tibiis anticis tridentatis. *Nobis.* TAB. FIG. VI. a. 6.

Speciosum hoc Animal in Calabria ulteriore in Lacinio Promontorio, vulgo *Capo delle Colonne* a *Julio Candida* fuit inventum.

Corpus rufo-testaceum, supra laeve, nitens, subtus pilosum villo concolore. Clypeus rotundatus. Thorax sellae instar concavus, margine elevato, antice cornutus. Elytra abdomine longiora, apicibus nigricantibus, punctis obsoletis striata. Femora brevia, incrassata. Tibiae anteriores uniarticulatae, tridentatae: posteriores biarticulatae, bispinosae.

10. TROX *sabulosus* thorace elytrisque rugosis, thorace integerrimo: *Fabr. Sp.* 34.

*Scarabaeus sabulosus* scutellatus muticus, niger, opacus, tuberculis rugosis, antennis basi pilosis. *Linn. Syst. Nat.* 2. 551. *Fn. Sv.* 390. Thorax convexus plicatus transverse. Tibiae anticae 4-dentatae, essentiam characteris constituunt.

*Scarabaeus rugosus Scop. Carn.* 23.

*Degeer. Ins.* 4. *tab.* 10. *fig.* 12.

11. MELOLONTHA *fullo* testacea albo-maculata, scutello macula duplici, antennis heptaphyllis. *Fabr. Sp.* 35. TAB. FIG. I.

*Scarabaeus fullo. Linn. Syst. Nat.* 2. 553.

*Roesel Ins.* 4. *tab.* 30.

 No-

Nostrum specimen brutium adhuc descriptis majus eſt. Corpus rufo-testaceum hirsutum. Clypeus quadratus margine revoluto. Antennae clava fissili, rufae. Thorax maculis 4. rufis laevibus, linea longitudinali alba. Scutellum obtusum duplici lineola alba. Elytra abdomine breviora villo albo interrupte-maculata, ita ut fasciae longitudinales lineis tribus obsoletis in singulo elytro appareant. Pectus lanatum, uti et femora. Pedes rufi: Tibiae unidentatae. Abdomen pone inflexo-acuminatum.

In Arboribus Pomonae inter Catacium, et Crotonem, atque in planis Hieracii, vulgo *Geraci*.

12. MELOLONTHA *vulgaris* testacea, thorace villoso, incisuris abdominis albis. *Fabr. Sp.* 35.

*Scarabaeus melolontha Linn. Syst. Nat.* 2. 554. *Fn. Sv.* 2. 392.
*Roesel Ins.* 2. *Scarab.* 1. *tab.* 1.
*Degeer Ins.* 4. *tab.* 10. *fig.* 14.

Optimae Linnaei descriptioni est adjicienda singularis antennae figura, quae articulata versus basim, clavam exserit oblongo-planam sexlamellatam, longissimam, ad angulum rectum cum basis articulis.

13. MELOLONTHA *solstitialis* testacea, thorace villoso, elytris luteopallidis, lineis tribus pallidioribus. *Fabr. Sp.* 37.

*Scarabaeus solstitialis. Linn. Syst. Nat.* 2. 554. *Fn. Sv.* 393.
*Scop. Carn. n.* 3.
*Degeer Ins.* 4. *tab.* 10. *fig.* 15. optima.

Differt a *vulgari* clava antennarum, quae in hoc minima est et ano neque acuto, neque porrecto.

Adest varietas minor: an sexus? Invenitur prope Rhegium in viis.

14. MELOLONTHA *aeruginosa* scutellata mutica aurata, supra viridis.

*Scarabaeus aeruginosus Linn. Syst. Nat.* 2. 558., ubi citat *Gronovii Mus. tab.* 15. *fig.* 7., et refert in Regno Tunetano fuisse inventum.

Color totus viridi-cupreus. Thorax punctatus. Clypeus quadratus margine revoluto. Elytra striata, et punctata. Spina lateralis thoracis. Scutellum obtusum. Tibiae anticae bidentatae.

In litore Brancaleoni in Lentisco.

15. MELOLONTHA *argentea* clypeo marginato nigra, subtus argenteonitens, elytris testaceis. *Fabr. Sp.* 44.

*Scarabaeus argenteus. Scop. Carn.* 9.

*Voet.*

*Voet. Scarab. tab. 8. fig. 68.*

Recte a *M. farinosa* distinguit *Fabricius*.

In floribus frequens occurrit: inventa est in litore Pitii, vulgo *il Pizzo*.

16. MELOLONTHA *agricola* capite, thoraceque caeruleo-pilosis, elytris lividis, clypeo apice reflexo. *Fabr. Sp.* 43. TAB. FIG. II. III. IV.

*Scarabaeus agricola* scutellatus muticus, thorace villoso, elytris lividis, limbo fasciaque nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. 553.

*Scarabaeus cyathiger Scop. Carn.* 6.

Variat elytris maculatis, et immaculatis: constans semper est macula scutellaris ambitu nigro, et Clypeus apice reflexus.

In herbidis Brancaleoni.

17. MELOLONTHA *horticola* capite thoraceque caeruleo-pilosis, elytris testaceis, pedibus nigris. *Fabr. Sp.* 42. TAB. FIG. V.

*Scarabaeus horticola Linn. Syst. Nat.* 2. 554.

*Degeer Ins.* 4. *tab.* 10. *fig.* 18.

In Scyllaeo Oppido habitans in Carduis.

18. MELOLONTHA *erythrocephala* glabra pallida, capite rufo, basi nigro. *Fabr. Sp.* 40. TAB. FIG. XXXV.

Nostra tota rufescens, laevis, capite basi nigro. Antennae ut in *M. vulgari* trilamellatae; hinc vel eadem cum Coromandeliana observata a *Fabricio* in *Mus. Domini Banks*, vel nova species.

In loco vulgo *la Piana* in vite, etiam in filicibus.

19. MELOLONTHA *vitis* viridis, thoracis lateribus flavis. *Fabr. Sp.* 41.

*Scarabaeus dubius Scop. Carn.* 4.

*Scarabaeus aeneus Degeer Ins.* 4. *tab.* 10. *fig.* 16.

*Sulzers Ins. tab.* 1. *fig.* 11.

In loco vulgo *la Piana* in vite, etiam in filicibus.

20. TRICHIUS *fasciatus* niger tomentoso flavus, elytris fasciis tribus nigris abbreviatis. *Fabr. Sp.* 48.

*Scarabaeus fasciatus Linn. Syst. Nat.* 2. 556.

*Degeer Ins.* 4. *tab.* 10. *fig.* 19.

In Montalto.

21. TRICHIUS *hemipterus* thorace tomentoso, rugis duabus longitudinalibus, elytris abbreviatis. *Fabr. Sp.* 48.

*Scarabaeus hemipterus Linn. Syst. Nat.* 2. 555.

Fe-

Femina aculeo ani brevi, rigido. Frequens vere in floribus Corni.

22. CETONIA *Morio* nigra obscura, corpore subtus nitidiore, *Fabr. Sp.* 51.

*Scarabaeus lugubris Voet. Scarab. tab.* 2. *fig.* 14.

Hanc accepit *ab Alliono Fabricius.*

Affinis *Cetoniae auratae*, cum qua saepissime in floribus occurrit. Tota nigra, scutellata, laevis, tibiis anticis tridentatis. Elytra carinata anterius appendiculata, lateribus pectoris postice dentatis. Abdominis latera maculis quatuor albis. Puncta alba in elytris quandoque observavit noster *Cavolinus.*

In litore Catacii.

23. CETONIA *aurata* aurata, segmento abdominis primo lateribus unidentatis, elytris albo-maculatis. *Fabr. Sp.* 50.

*Scarabaeus auratus Linn. Syst. Nat.* 2. 557.

*Degeer. Ins.* 4. *tab.* 11. *fig.* 1.

*Roesel Ins.* 2. *Scarab.* 1. *tab.* 2.

Larva degit in putrescentibus arborum radicibus, praefertim ficus observante *Cavolino.* Imago in floribus praefertim Corni, quae tacta ejicit per anum liquorem foetidissimum.

In viciniis *Forio* in carduis.

24. CETONIA *stictica* clypeo emarginato nigra albo-maculata, abdomine subtus punctis quatuor albis. *Fabr. Sp.* 59.

*Scarabaeus sticticus. Linn. Syst. Nat.* 2. 552.

*Geoffr. Ins.* 1. 79. 14.

*Scarabaeus funestus Scop. carn.* 7.

Vere in floribus Lupini, Fabae, communis. Vulgo *pappece dei fiori, et moscarella.*

25. CETONIA *hirta* nigricans hirta, elytris pallido-maculatis, thorace carinato *Fabr. Sp.* 59.

*Scarabaeus hirtellus Linn. Syst. Nat.* 2. 556.

*Scarabaeus hirtus Scop. Carn.* 8.

*Voet. Scarab. tab.* 4. *fig.* 34.

26. PTINUS *imperialis* fuscus, thorace subcarinato, coleoptris macula alba aquilam expansam referente. *Fabr. Spec.* 73. TAB. FIG. XXVII.

*Sulzers Ins. Tab.* 2. *fig.* 7.

Anceps diu haesi utrum ad *Notoxum* referrem hoc Insectum, an ad

hoc

hoc genus; nam thorax cucullatus est, et capitis partem laxe tegit, in cornu tamen non elongatur.

27. SILPHA *russica* oblonga rufa, antennis, elytris, pectoreque nigris. *Fabr. Sp.* 45.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 570. *Fn. Sv.* 449.

*Anthribus ruber Degeer. Ins.* 5. *tab.* 8. *fig.* 12.

28. SILPHA *laevigata* atra, elytris laevibus subpunctatis. *Fabr. Sp.* 87.

*Peltis nigra tota* elytris laevibus, punctis minimis excavatis. *Geoffr. Ins.* 1. *pag.* 122. 8. cum optima descriptione.

*Silpha polita Sulzers Ins. tab.* 2. *fig.* 16. mala.

In hac adnotandi tarsi aurei.

In montibus S. Stephani vulgo *del Bosco*.

29. SILPHA *ferruginea*, elytris lineis elevatis senis, thorace emarginato capite latiore. *Fabr. Sp.* 89. *Linn. Syst. Nat.* 2. 572. TAB. FIG. XVI.

*Silpha cimicoides* supra fusco-castanea rufo marginata subtus rufa, elytris lineis elevatis senis, punctisque excavatis. *Degeer Ins.* 4. 183.

*Schaeffer. Icon. tab.* 40. *fig.* 7.

Elytra striata striis elevatis inferne coëuntibus, et inter strias punctata.

In arenis marinis Semiris, vulgo *Simari*.

30. SILPHA *atrata* elytris punctatis atra, lineis elevatis tribus laevibus thorace integro, *Fabr. Sp.* 87. *Linn. Syst. Nat.* 2. 571.

*Silpha punctata nigra nitida etc. Degeer Ins.* 4. *tab.* 6. *fig.* 15.

*Peltis nigra* elytris lineis tribus elevatis, spatio interjecto punctato, thorace laevi. *Geoffr. Ins.* 1. 118. 1.

31. SILPHA 2-*maculata* testacea elytris striatis, maculis duabus nigris *Nobis*. TAB. FIG. XXXIII.

Statura Silphae Russicae.

Tota testacea praeter apicem abdominis nigricantem. Thorax ad basin lineolis impressis tribus. Elytra striata, macula in singulo media, nigra, punctoque in apice saepe nigro.

In sepibus circa Bellimontum, vulgo *Belmonte*.

32. OPATRUM *sabulosum* fuscum, elytris lineis elevatis tribus dentatis, thorace emarginato. *Fabr. Sp.* 89.

*Silpha sabulosa* fusca, elytris lineis elevatis tribus utrinque dentatis, thorace subemarginato *Linn. Syst. Nat.* 2. 572. *Fn. Sv.* 456.

Te-

*Tenebrio atra*, elytris striis quinque utrinque dentatis. *Geoffr. Ins.* 1. 350. 7.

In Brancaleono.

33. COCCINELLA 2-*punctata* coleoptris rubris, punctis nigris duobus. *Fabr. Sp.* 94.

*Linn Syst. Nat.* 2. 580.

*Sulzers Ins. tab.* 3. *fig.* 3.

Cum 6-*pustulata* copula junctam vidit *Cavolinus*,

In Quercu Robore in Pedaulo.

34. COCCINELLA 7-*punctata* coleoptris rubris, punctis nigris septem. *Fabr. Sp.* 96.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 581.

*Geoffr. Ins.* 1. *tab.* 6. *fig.* 1.

*Degeer Ins.* 5. *tab.* 10. *fig.* 14.

Puncta elytrorum in triangulum posita.

35. COCCINELLA *chrysomelina* coleoptris rufis, punctis nigris duodecim, thorace immaculato. *Fabr. Sp.* 99.

Ex Mus. Domini *Banks* specimine in Insula S. Helenae lecto descriptionem concinnavit *Fabricius;* atque ipsi respondent nostra specimina in Acropoli reperta.

E majoribus est. Rubra. Antennae apice fuscae. Oculi nigri. Thorax, et elytra rubra pube albescente. Singulum elytrum punctis sex nigris grandiusculis per paria distributis. Abdomen subtus nigricans, margine rubescente. Pedes flavescentes.

36. COCCINELLA 22-*punctata* coleoptris flavis punctis nigris viginti duobus. *Fabr. Sp.* 101.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 582.

*Schaeffer. Icon. tab.* 30. *fig.* 10.

Parva. Puncta elytrorum. 4. 4. 3.

In Monte vulgo *Cucuzzo*.

37. COCCINELLA 14-*pustulata* coleoptris nigris, punctis flavis quatuordecim. *Fabr. Sp.* 106. *Linn. Syst. Nat.* 2 583. *Fn. Sv.* 502.

Puncta elytrorum 2. 2. 2. 1. interdum flava, interdum rubra.

38. CASSIDA *nebulosa* pallido nebulosa fusco punctata *Fabr. Sp.* 108.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 575.

*Cassida nebulosa pallida, corpore nigro. Geoffr. Ins.* 1. 313. 2.

39. CASSIDA *ferruginea* nigra, thorace, elytrisque ferrugineis immaculatis *Fabr. Sp.* 108.

*Cassida subferruginea Schranck. Enum. Ins. pag.* 49.

Supra tota ferruginea. Elytra punctata.

40. CHRYSOMELA *tenebriosa* aptera, ovata, atra antennis, pedibusq. violaceis. *Fabr. Sp.* 116.

*Crysomela atro-purpurea*, elytris coadunatis, alis nullis. *Geoffr. Ins.* 1. 295. 19.

*Tenebrio laevigatus Linn. Syst. Nat.* 2. 678.

Magnitudo est varia. Majus specimen brutium, & nonnihil differt a nostra communi in Olivetis Vici, quaeq. Autumno frequentius occurrit, sicuti testatur *Cavolinus*. Brutia igitur rotundata apparet supra picea, in reliquis congruit cum dicta communi, quae pone paullulum acuminata, et colore atro nitente praedita, optime a *Fabricio*, et *Linnaeo* definita.

In Hippone, vulgo *Monteleone*.

41. CHRYSOMELA *sanguinolenta* ovata atra, elytris margine exteriori sanguineis *Fabr. Sp.* 125.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 591. *Fn. Sv.* 529.

*Chrysomela nigro-caerulea*, elytris atris punctatis margine exteriori rubro *Geoffr. Ins.* 1. 259. 8. *tab.* 4. *fig.* 7.

*Degeer. Ins.* 5. *tab.* 8. *fig.* 26.

42. CHRYSOMELA *marginata* ovata nigro-aenea elytris margine luteis. *Fabr. Sp.* 125.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 591. *Fn. Sv.* 530.

*Sulzers Ins. tab.* 3. *fig.* 10.

Elytra striato-punctata.

In Montalto.

43. CHRYSOMELA *cerealis* ovata aurata, thorace lineis tribus, coleoptrisque quinque caeruleis *Fabr. Sp.* 124.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 588.

*Chrysomela aurea* faciis caeruleis, cupreisque alternis punctis inordinatis *Geoff. Ins.* 1. 262. 14.

In segetibus, et in spartio scopario habitat.

In collibus Acropolis.

44. CHRYSOMELA *haemoptera* ovata violacea, plantis alisque rubris *Fabr. Sp.* 118.
*Linn. Syst. Nat.* 2. 587.
*Chrysomela hyperici Degeer. Ins.* 5. *tab.* 9. *fig.* 13.
In loco vulgo *Fondaco del Fico*.

45. CHRYSOMELA *aenea* oblonga viridis nitida, elytris aeneis. *Fabr. Sp.* 130.
*Chrysomela aenea* ovata viridis nitida, abdomine postice ferrugineo. *Linn. Syst. Nat.* 2. 587.
*Chrysomela viridis Alni Degeer. Ins.* 5. *tab.* 9. *fig.* 4.
In Collibus Scaleae.

46 CHRYSOMELA *oleracea* saltatoria viridi caerulea. *Fabr. Sp.* 133.
*Linn. Syst. Nat.* 2. 593.
Pestis olerum, pellitur cineribus vegetabilium, inprimis Tabaci.

47. CHRYSOMELA *Modeeri* saltatoria viridi-aenea, elytris macula postica, pedibusque anticis flavis. *Fabr. Sp.* 134.
*Chrysomela Modeeri* saltatoria aenea nitida, elytris apice flavis, pedibus anterioribus tibiisque posticis luteis. *Linn. Syst. Nat.* 2. 594.

48. CHRYSOMELA *Bankii* ovata supra aenea, subtus testacea. *Fabr. Sp.* 117.
Descriptio *Fabricii* nostram repraesentat. Caput aeneum, ore antennisque testaceis. Elytra aenea, punctata. Subtus tota cum pedibus, et elytrorum margine inferiori testacea. *Syst. Entom.* 95. 4.

49. CRYPTOCEPHALUS *auritus* ater, thorace utrinque macula lutea, tibiis flavis. *Fabr. Sp.* 139.
*Chrysomela aurita Linn. Syst. Nat.* 2. 596.
Macula rotunda lutea utrinque ad thoracis latera.

50. CRYPTOCEPHALUS *sericeus* viridi-caeruleus, antennis nigris. *Fabr. Sp.* 143.
*Chrysomela sericea* cylindrica, thorace caeruleo, elytris, pedibusque caeruleis *Linn. Syst. Nat.* 2. 598.
*Sulzers Ins. Tab.* 3. *fig.* 13.
Variat corpore toto aeneo.

51. CHRYPTOCEPHALUS *longipes* niger obscurus, elytris pallidis, maculis tribus nigris, pedibus anticis elongatis. *Fabr. Sp.* 138. descriptus ab eodem in *Syst. Entom.* 105. TAB. FIG. XXVIII.

Sta-

Statura C. tridentati, at major. Antennae breves, serratae basi testaceae. Thorax niger, subpubescens. Elytra pallida, punctis tribus nigris, quorum unum in basi, et duo in medio. Pedes nigri, antici elongati. Situ punctorum differunt nostra specimina, et elytrorum colore pallidiori.

52. CRYPTOCEPHALUS *tridentatus* caerulescens, elytris testaceis. *Fabr. Sp.* 139. TAB. FIG. VIII.

*Chrysomela tridentata* cylindrica, thorace caeruleo, elytris testaceis. *Linn. Syst. Nat.* 2. 596. *Fn. Sv.* 546.

Cum linnaeana descriptione convenire nobis visum est hoc Insectum. quod melius retulissemus ad *Geoffroi Ptilinum* propter antennarum characterem; sed quoniam hujus speciei notam singularem deducit, *Linnaeus* a forma tricuspidata posticae thoracis partis, ideo iconem attulimus, ut unicuique ampla fit facultas dijudicandi.

Differt a *longipede* elytris immaculatis, et antennis longioribus fere pectinatis, uti et thorace caeruleo.

53. CRYPTOCEPHALUS 6-*punctatus* niger, thorace variegato, elytris rubris, maculis tribus nigris. *Fabr. Sp.* 142. TAB. FIG. XXIX.

*Chrysomela 6-punctata Linn. Syst. Nat.* 2. 599.

*Buprestis 6-punctata Scop. Carn.* 208.

Ne species multiplicarem ad hanc *Fabricii* speciem referre autumavi nostrum Insectum, quod diversum quodammodo videtur situ punctorum in elytris.

54. CHRYPTOCEPHALUS 4-*maculatus* thorace pedibusque luteis, elytris luteis, maculis duabus caerulescenti-nigris. *Fabr. Sp.* 140. TAB. FIG. XXX. XXXI.

*Chrysomela 4-maculata. Linn. Syst. Nat.* 2. 596.

Praecedentibus minor. Totus niger. Thorax, et elytra flava. Maculae duae in singulo elytro atro-caerulescentes, rotundatae, quarum altera versus basin, altera in medio; atq. haec quandoque duplex, et saepe duplicata in fasciam coit. Antennae breves, serratae. Femora antica tantum in nostris speciminibus flava, interius denticulo instructa.

In Montibus Cardeti, vulgo *Cardito*.

55. CISTELA *cervina* livida, pedibus fuscis. *Fabr. Sp.* 146.

*Chrysomela cervina* oblonga livida, thorace postice transverso. *Linn. Syst. Nat.* 2. 602. *Fn. Sv.* 575.

Color dorsi constat e pilis vix conspicuis glauco-fuscis.

In sepibus circa Cardetum in Carduo.

56. CISTELA *ceramboides* atra, elytris striatis testaceis. *Fabr. Sp.* 147.
*Chrysomela ceramboides* oblonga nigra, elytris testaceis, antennis serratis *Linn. Syst. Nat.* 2. 602. *Fn. Sv.* 576.
*Mordella nigra*, elytris fulvis striatis *Geoffr. Ins.* 1. 354. 3.

57. CRIOCERIS *merdigera* rubra thorace cylindrico utrinque impresso. *Fabr. Sp.* 152.
*Chrysomela merdigera Linn. Syst. Nat.* 2. 599.
*Attelabus lilii Scop. Carn.* 112.
*Sulzers Ins. Tab.* 3. *fig.* 14.
In Palustribus Hipponii in Lilio.

58. CRIOCERIS *stercoraria* oblonga nigra, thorace subcylindrico impresso, elytrisque rufis. *Linn. Syst. Nat.* 2. 600.
Similissimam *C. merdigerae* hanc proponit *Linnaeus*, asseritque differre tantum thorace toto et elytris rufis. Insuper elytra punctis majusculis impressis rugosa sunt; uti et thorax impressus lateribus.

59. CRIOCERIS *melanopa* oblonga caerulea, thorace pedibusque rufis. *Fabr. Sp.* 155.
*Chrysomela melanopa Linn. Syst. Nat.* 2. 601. *Fn. Sv.* 573.
In quercubus.

60. LAGRIA *nigra* pilosa nigra elytris molliusculis *Fabr. in Append. speci. p.* 498. *Anobium nigrum. Fabr. Sp.* 71. TAB. FIG. IX.
*Dermestes niger* oblongus pilosus niger, elytris molliusculis. *Linn. Syst. Nat.* 2. 564.
*Cantharis pilosa* nigra longis pilis ubique pubescens, antennis extrorsum crassioribus. *Scop. Carn.* 131.

61. CURCULIO *argentatus* brevirostris femoribus dentatis, corpore viridi argenteo. *Fabr. Sp.* 198.
*Linn. Syst. Nat.* 2. 615.
*Sulzers Ins. tab.* 4. *fig.* 9.
Duas varietates possidemus, videlicet $\alpha$ $\gamma$ a *Schrankio* notatas. *Enum. Ins. Austr. p.* 117.
In planis Sylvae nobilis vulgo *Aspromonte* in quercu, et in loco vulgo lo *Spineto* Serrae Carthusianorum.

62. CURCULIO *sulcirostris* brevirostris oblongus cinereus subnebulosus rostro trisulcato. *Fabr. Sp.* 187.

*Linn.*

*Linn. Syst. Nat.* 2. 617.

Statura, et magnitudo *C. nebulosi*, at rostrum trisulcatum.

In Monte vulgo *Polsi*; et circa Castrum Vibonis.

63. CURCULIO *nebulosus* brevirostris canus, elytris fasciis obliquis nigris. *Fabr. Sp.* 186.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 617.

*Curculio* albo nigroq. varius, proboscide planiuscula carinata thoracis longitudine. *Geoffr. Ins.* 1. *tab.* 4. *fig.* 8.

In Monte de Stella in Stylo.

64. CURCULIO *paraplecticus* longirostris cylindricus subcinereus, elytris mucronatis. *Fabr. Sp.* 172.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 610.

*Curculio Phellandrii Degeer. Ins.* 5. *tab.* 7. *fig.* 8.

*Sulzers Ins. tab.* 4. *fig.* 7.

In Monte supra Coenobium S. Dominici Soriani.

65. CURCULIO *nigrita* brevirostris, femoribus dentatis niger obscurus, thorace scabro, elytris crenato-striatis. *Fabr. Sp.* 197.

Statura, et magnitudo *C. sulcati*, at elytra immaculata. Ab *Alliono* accepit *Fabricius*.

66. CURCULIO *Ascanii* longirostris cylindricus ater, lateribus sub-caerulescentibus. *Fabr. Sp.* 173.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 610.

Similis hic nobis videtur *Anguino Linnaei*; nam in duobus speciminibus characteres utriusque offendimus, parumque diversam descriptionem. In altero enim linea canescens ab oculis secundum latera thoracis, marginemque exteriorem elytrorum ducta observatur: in altero praeter lineam dictam pectus, et abdomen cana nigro-punctata. Hinc varietates potius, quam diversae species.

In Carduo circa Stalatum, vulgo *Stalati*.

67. CURCULIO *barbarus* brevirostris, thorace subspinoso, elytris angulo duplici crispato. *Fabr. Sp.* 194.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 617.

Simile africano est specimen e Calabria allatum; minus autem, quod ex Apulia.

In Montibus Stalati.

68. CURCULIO *acridulus* longirostris piceus, abdomine ovato. *Fabr. Sp.* 169. *Linn.*

*Linn. Syst. Nat.* 2. 507. *Fn. Sv.* 584.

*Curculio* pyriformis nigro caerulescens, abdomine ovato *Geoffr. Ins.* 1. 290. 32.

*Curculio longirostris* antennis fractis fuscis, femoribus muticis, corpore ovato nigro, fusco, tibiis pallidis *Degeer. Ins.* 5. 235. 22.

In maritimis Semiris, vulgo *Simari*.

69. CURCULIO *algirus* longirostris subcylindricus laevis fuscus punctis prominulis adspersus. *Linn. Syst. Nat.* 2. 611.

Primo intuitu paraplecticum repraesentat, sed color fuscus, et subcinerascens; atque elytrorum apex obtusus, ac minime mucronatus optime distinguunt hunc ab illo, uti adnotat *Linnaeus*, qui subjungit Algiriae a *D. Brander* inventum fuisse.

70. CURCULIO *incanus* brevirostris oblongus fuscus, thoracis dorso plano. *Fabr. Sp.* 187.

*Curculio incanus* brevirostris cinereus oblongus, elytris obtusiusculis. *Linn. Syst. Nat.* 2. 616. *Fn. Sv.* 631.

*Curculio* cinereo-squamosus alis carens, elytris striatis. *Geoffr. Ins.* 1. 282. 10.

Color cinereus, subtus albicans, punctis interspersis obscurioribus. Rostrum brevissimum. Femora mutica. Linea alba ab apice rostri ad basin thoracis protensa. Elytra striato-punctata.

In campis Temsae vulgo *S. Lucido* in Lupino.

71.* CURCULIO *triangularis* brevirostris obscurus flavicans, thoracis basi triangulari, elytris striato-punctatis. *Nobis*.

E majoribus est Ovalis. Color ferrugineo-cinereus flavo polline adspersus; subtus pube cano-flavescente. Rostrum breve nigrum linea unica elevata. Thorax punctis variolosis, in basi angulis tribus, medio loco scutelli. Elytra striato-punctata, punctis patentioribus, striisque versus apicem per paria coëuntibus, maculis villoso-flavis undique adspersa. Inter nostra specimina varietas adnotanda in duobus, quorum color magis nigricans. Rostrum trisulcatum. Dorsum linea profunda longitudinali excavatum. Anguli thoracis obtusiusculi. Omnium magnitudo, et habitus eadem.

In Brancaleono in Floribus Carduorum Communis.

72. RHINOMACER *caeruleus* caerulescens subvillosus, antennarum basi, pedibusque flavis *Nobis*. TAB. FIG. XXXIV.

Hujus

Hujus Insecti characteres respondent apprime *Rhinomacro Curculioidi* relato a *Fabricio* in Insectorum speciebus pag. 199.; ideoque posthac alteram illius speciem constituet.

Palpi quatuor extrorsum crassiores articulo ultimo oblique truncato, antennaeque setaceae thorace longiores rostro crasso elongato plano insidentes Genus enunciant. Corpus totum caerulescens supra subvillosum, subtus nitens. Elytra tenuissime punctata, marginata: palpi flavescentes: antennarum basis, femora, et tibiae flavae.

In litore Brancaleoni.

Si quis velit ad Attelabi genus hoc animal reducere, et proprie ad *Pubescentem Fabricii*, per me licebit; sed is animadvertat palporum, et antennarum structuram, quae excludit omnino ab Attelabis nostrum Insectum.

73. CLERUS *formicarius* niger, elytris fascia duplici alba, basique rubris. *Fabr. Sp.* 201. TAB. FIG. X.

*Attelabus formicarius* niger, elytris fascia duplici alba, basique rubris. *Linn. Syst. Nat.* 2. 620.

*Degeer Ins.* 5. *Tab.* 5. *fig.* 8.

*Sulzers Ins. Tab.* 4. *fig.* 13.

Corpus pubescens totum nigrum. Antennae introrsum serratae. Elytra basi ad medium usque rubra, a medio ad apicem nigra, et in parte nigra lineae duae albae transversales, quae neque marginem, neque suturam contingunt. Unde apparet mirum in modum hoc Insectum variare.

74. CLERUS *apiarius* elytris rubris, fasciis tribus caerulescentibus. *Fabr. Sp.* 202.

*Attelabus apiarius Linn. Syst. Nat.* 2. 620.

*Degeer. Ins.* 5. *Tab.* 5. *fig.* 3.

*Sulzers Ins. Tab.* 4. *fig.* 14.

In nostris speciminibus Fasciae 4. adnotantur, quarum 1. in elytrorum basi, ultima ovali ante apicem, ita ut apex elytri ruber non jam niger observetur, uti describunt Auctores.

In litore Brancaleoni.

75. CERAMBYX *cerdo* thorace spinoso rugoso niger, antennis longis. *Fabr. Sp* 212.

*Cerambyx Cerdo* thorace spinoso rugoso nudo, corpore nigro, anten-

nis

nis longis, articulis quatuor primis clavatis *Linn. Syst. Nat.* 2. 629. *Scopol. Carn. n.* 162.

Inter Filices Pedauli.

*Cerambyx Heros Scopoli Carn.* 163. Hujus speciem diversam facit *Scopolius*, et cum eo *Geoffrojus*: *Fabricius* tamen, et *Linnaeus* pro varietate habent, atq. inter se sola magnitudine differre arbitrantur. Revera characteres distinctionis haud facile erui possunt, at magnitudo adeo insignis et constans est, ut distinctae species ex solo habitu statui deberent, et characteres ex eorum larvis et pupis expiscari. *Cavolinus* saepissime specimina minora inter se copula juncta vidit, quorum mas antennas longas, femina mediocres gerebat.

76. LAMIA *Kaehleri* thorace spinoso nigro, elytris sanguineis, macula nigra. *Fabr. Sp.* 219.

*Cerambyx Kaehleri* thorace spinoso niger, thorace elytrisq. sanguineis macula magna nigra, antennis mediocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. 631.

Variat thorace immaculato, et macula laterali rufa; elytris apice emarginatis immaculatis, et macula nigra; hinc Cerambyx niger elytris thoracisque lateribus rufis *Geoffr. Ins.* 1. 204. huc spectat.

In litore Brancaleoni in Carduo.

77. LAMIA *textor* thorace spinoso, elytris convexis atris, antennis mediocribus. *Fabr. Sp.* 217.

*Cerambyx textor* thorace spinoso, elytris obtusis convexis atris, punctatis, antennis mediocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. 629. *Fn. Sv.* 656.

Est *Scarabaeus Taurus Imperati.*

Stridet retrahendo caput in thoracem. Descripta est a *Scopolio n.* 164. *Geoffr. p.* 201. *n.* 3. *et Schrankio n.* 255.

Varietatem Scopoli habemus, in qua antennae corpore parum longiores, quae alias sunt fere duplo longiores.

In Sylva nobili, vulgo Aspromonte, in loco vulgo *Salto della vecchia.*

78. LAMIA *pedestris* thorace spinoso atra, vitta integra alba, antennis mediocribus. *Fabr. Sp.* 223.

*Cerambyx pedestris* thorace spinoso apterus niger, elytris tomentosis atris, sutura alba, antennis mediocribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. 631.

Specimina Apula huic definitioni apprime respondent: bruttia vero vitta alba obsoletiore aut nulla gaudent. Forte varietas tantum.

In montibus Martoni, vulgo *li Martoni.*

79. LAMIA *tristis* thorace spinoso fusca, elytris maculis duabus atris, antennis mediocribus. *Fabr. Sp.* 221.

*Cerambyx tristis* thorace spinoso niger, elytris fuscis, maculis duabus atris, antennis mediocribus *Linn. Syst. Nat.* 2. 629.

Antennae vix longitudine corporis.

In Campis Scyllaei.

80. STENOCORUS *meridianus* thorace subspinoso, elytris fastigiatis, pectore nitente. *Fabr. Sp.* 225.

*Cerambyx meridianus Linn. Syst. Nat.* 2. 630.

*Cerambyx* elytris spadiceis, ventre argenteo. *Raj. Ins.* 96. 1.

Femina nigricans, mas testaceus.

In loco vulgo *la foresta di S. Simio*.

81. STENOCORUS *lamed* thorace spinoso pubescente, elytris fastigiatis lividis, taenia obscura longitudinali sinuata. *Fabr. Sp.* 226.

*Cerambyx lamed Linn. Syst. Nat.* 2. 630.

*Stenocorus niger*, elytris rubescentibus, apice suturaeq. medietate nigris. *Geoffr. Ins.* 1. 226. 6.

*Leptura hastata Sulzers Ins. tab.* 5. *fig.* 11.

Descriptio Geoffroy exacta est, nostrumq. Insectum designat thorace non spinoso, et macula hastata in elytris.

82. RHAGIUM *bifasciatum* thorace spinoso, elytris fuscis, fasciis duabus obliquis flavis. *Fabr. Sp.* 230.

*Stenocorus* glaber e fusco niger, elytro singulo lineis tribus elevatis, maculis duabus luteis, thorace spinoso. *Geoffr. Ins.* 1. 222. 1.

Male hanc Geoffr. definitionem repetit *Fabricius* in *Rhagio Inquisitore*.

*Sulzers Ins. tab.* 5. *fig.* 8.

*Cerambyx elegans Schrankii* cum optima descriptione. *Enum. Ins. Austr. pag.* 133. *n.* 253.

In monte vulgo *Agiustra* prope Pedaulum in Pino sylvestri.

83. RHAGIUM *nigrum* thorace ovato, margine postico scutelloque flavo, elytris fastigiatis, antennis brevibus *Nobis*. TAB. FIG. XXXVI.

Totum nigrum. Thorax ovatus postice latior, punctis elevatis. Elytra fastigiata, basi excavato-punctata. Antennae articulis extrorsum dentatis, corpore breviores. Anus acuminatus aculeum mentiens. Thorax pone et scutellum flava. Pedes antici pube flava. Forte

Stenocori nova Species? Conf. *Leptura scutellata Fabr. Sp.* 247.

84. SAPERDA *Cardui* fusca thorace lineato, scutello flavo, antennis longis *Fabr. Sp.* 233.

*Cerambyx cardui* thorace mutico cylindrico, corpore fusco, linea longitudinali flavicante, antennis longioribus. *Linn. Syst. Nat.* 2. 632.

Thorax praeter lineam longitudinalem, duabus lateralibus praeditus est, uti bene notat *Linnaeus.*

In carduis prope Stalatum.

85. SAPERDA *Caerulescens* thorace mutico cylindrico, albo-caerulea: lineis tribus thoracis, scutelloque pallidioribus. *Schrank. Enum. Ins. Austr. n.* 271. TAB. FIG. XVIII.

*Leptura caerulescens Scop. Ent. Carn. n.* 160.

*Fuesly Archivio Entomol. tab.* 26. *fig.* 5.

Huc referre maluimus Insectum supranotata figura allatum, in quo lineae tres thoracis albicantes sunt, uti et Scutellum: albicans pariter est sutura Elytrorum. Antennae albo nigroque alterne maculatae, et corpore longiores.

86. CALLIDIUM *trifasciatum* thorace globoso ferrugineo, elytris nigris fasciis tribus atris prima annulari. *Fabr. Sp.* 244. TAB. FIG. XXXII.

Caput atrum antennis rufis. Thorax globosus rufus tomento cinero tectus. Elytra flavicantia fasciis tribus nigris prima lunari. Abdomen subtus annulis albis. In pectore maculae tres albae antice, et postice duae lineae albae angulum rectum efformantes. Pedes rufi.

87. CALLIDIUM *plebejum* thorace globoso immaculato, elytris nigris fasciis linearibus albis. *Fabr. Sp.* 243.

*Leptura rustica* thorace globoso tomentoso, elytris cinereis, fasciis linearibus albidis undatis *Linn. Syst. Nat.* 2. 639. *Fn. Sv.* 692.

Optimam hujus descriptionem exhibuit *Schrankius Enum. Ins. Austr. p.* 161. *n.* 304. cui sunt addenda elytra fastigiata, unidentata, et in pectore antice posticeque lineae albae utrinque, uti et in primo abdominis segmento.

In montibus Cardeti.

88. CALLIDIUM *Arietis* thorace rotundato nigro, elytris nigris, fasciis flavis, secunda antrorsum arcuata, pedibus ferrugineis *Fabr. Sp.* 242.

*Leptura arietis Linn. Syst. Nat.* 2. 640. *Fn. Sv.* 695.

*Leptura nigra* elytrorum lineis transversis punctisque flavis, pedibus testa-

testaceis *Geoffr. Ins.* 1. 214. 11.

89. CALLIDIUM *Alni* thorace rotundato nigrum, elytris fasciis duabus albis, elytrorum basi antennis tibiisque ferrugineis. *Fabr. Sp.* 245.

*Leptura Alni Linn. Syst. Nat.* 2. 639.

90. LEPTURA *nigra* elytris attenuatis, corpore nigro nitido, abdomine rubro *Fabr. Sp.* 247.

*Linn Syst. Nat.* 2. 639.

*Stenocorus niger* nitidus abdomine fusco rubente *Geoffr. Ins.* 1. 227. 9.

91. LEPTURA *Melanura* nigra, elytris rubescentibus, lividisve, sutura apiceque nigris *Fabr. Sp.* 245.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 637.

*Stenocorus niger*, elytris rubescentibus lividisve. *Geoffr. Ins.* 1. 226. 7. *tab.* 4. *fig.* 1.

In Filicibus *nella foresta di S. Simio.*

Variat Magnitudine: Abdomine medio rubro, basi et apice nigro.

92. LEPTURA 4-*fasciata* nigra elytris testaceis, fasciis quatuor dentatis nigris *Fabr. Sp.* 248.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 639. *Fn. Sv.* 687.

Prope fontem vulgo *di Pezzano*.

Affinis nimium *l. attenuatae*, adeo ut nostram illius feminam credat *Scopolius*, cui libenter assentior.

93. LEPTURA *nigra*, elytris testaceis: punctis duobus, cruce fasciisque nigris. *Linn. Fn. Sv.* 1. *n.* 508.

*Stenocorus niger*, elytris testaceo-flavis: punctis duobus, cruce fasciisque nigris. *Geoffr. Ins.* 1. 224. 5.

Elegantem hanc lepturam cur in *Nat. Systemate* clarissimus *Linnaeus* omiserit, divinare nequeo; et miror eamdem a *Fabricio* praeteritam fuisse, cum affabre a diligentissimo *Geoffrojo*, et ab ipso *Linnaeo* in prima *Faunae Svevicae* editione sit descripta.

In loco dicto *il Fillò a S. Bruno.*

94. LAMPYRIS *noctiluca* oblonga-fusca, clypeo cinereo. *Fabr. Sp.* 251.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 643.

*Degeer Ins.* 4. *tab.* 1. *fig.* 19. 20.

95. PYROCHROA *coccinea* nigra, thorace elytrisque sanguineis immaculatis *Fabr. Sp.* 254. TAB. FIG. XII.

*Pyrochroa Geoffr. Ins.* 1. 338. 1. *tab.* 6. *fig.* 4.

 Lam-

*Lampyris* villosa nigra, thorace elytrisque villosis rubris. *Degeer Ins.* 4. 47. 4.

Placet huc referre nostrum Insectum, cujus specimen naturali statura ostendit icon. 12., estque bruttium; nam quod ex Apulia misit *Julius Candida* duplo majus est, et simillimum.

Nulli dubium hoc idem esse, cum Cantharide pectinicorni Illustris *Linnaei*; verum ad Cantharidis genus nullomodo reduci potest, quia Pyrochroae *Geoffroy* Characteres prae se fert, novamque speciem tantummodo hujus Generis constituere deberet. Videant eruditi.

Variat capite thoraceque nigris.

96. CANTHARIS *nigripes* thorace rotundato lutea, abdomine, pedibus, elytrorumque apicibus atris. *Fabr. Sp.* 260.

Ad hanc potius Speciem referre nostram Cantharidem nobis placuit, quam ad *C. Melanuram* ejusdem *Fabricii*, cum quia hujus descriptio ad nostram pertinet, tum quia pro varietatibus ambas species habemus.

97. CANTHARIS *obscura* thorace marginato, marginibus rubris, corpore nigro. *Fabr. Sp.* 258.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 648. *Fn. Sv.* 706.

Variat thoracis margine rubro et pallide fusco: pedibus rubris et nigris.

In Pino Sylvestri in monte vulgo *Agiustra* non procul a Pedaulo.

98. MALACHIUS *2-pustulatus* aeneo-viridis, elytris apice rubris. *Fabr. Sp.* 262.

*Cantharis 2-pustulata* thorace marginato, corpore aeneo-viridi, elytris apice rubris *Linn. Syst. Nat.* 2. 648.

In quercus roboris teneris foliis.

99. NECYDALIS *viridissima* thorace teretiusculo, corpore viridi. *Fabr. Sp.* 263.

*Cantharis viridissima Linn. Syst. Nat.* 2. 650. *Fn. Sv.* 717.

*Cantharis* viridi-aenea nitida, antennis nigris thorace tereti elongato *Degeer Ins.* 5. *tab.* 1. *fig.* 13.

*Cicindela viridi-caerulea. Geoffr. Ins.* 1. 177. 14.

In mentha menthastro,

100. NECYDALIS *caerulea* elytris subulatis caerulea, femoribus posticis clavatis arcuatis. *Fabr. Sp.* 264.

*Linn. Syst. Nat.* 2. 642.

*Can-*

*Cantharis nobilis Scop. Carn.* 145.
*Sulzers Ins. Tab.* 6. *fig.* 2.
Variat pedibus simplicibus.
In Arctio lappa in loco vulgo *la foresta di S. Simio*.

101. NECYDALIS *rufa* elytris subulatis nigra, femoribus omnibus clavatis, elytris antennisque rufis. *Fabr. Sp.* 263.
*Necydalis rufa Linn. Syst. Nat.* 2. 642.
*Leptura nigra* elytris pedibusque rubescentibus lividis coleoptris attenuatis *Geoffr. Ins.* 1. 220. 22.
Scutellum album. Elytra basi puncto nigro. Descripta a *Schrankio n.* 311. *Enum. Ins. Austr.*

102. ELATER *murinus* thorace obscure cinereo, elytris cinereo-nebulosis, plantis rufis *Fabr. Sp.* 267.
*Linn. Syst. Nat.* 2. 655.
*Elater niger*, elytris villoso-murinis. *Geoffr. Ins.* 1. 135. 10.
*Elater rufipes Degeer Ins.* 4. 150. 10.
In montibus Pedauli.

103. ELATER *castaneus* thorace testaceo pubescente, elytris flavis apice nigris, corpore nigro *Fabr. Sp.* 269.
*Linn. Syst. Nat.* 2. 654.
*Elater* thorace villoso, elytris testaceis apice nigris *Geoff. Ins.* 1. 132. 4.
Ubi notat hanc speciem cum sua praecedenti n. 3. convenire, affertq. harum specierum varietates, quas inter noster locum habet in var. c.
Circa castrum Vibonis in Carduis.

104. ELATER *niger* thorace laevi elytris pedibus corporeque nigris. *Linn. Syst. Nat.* 2. 656. *Fn. Sv.* 743.
*Elater* nigro fuscus cinereo-nebulosus *Geoffr. Ins.* 1. 134. 8.

105. ELATER *haematodes* niger thorace pubescente fulvo, elytris sanguineis. *Fabr. Sp.* 271. *Mantiss. Gener. Ins.* 235. TAB. FIG. XI.
*Elater purpureus* niger thorace atro, vellere raro purpureo, elytris purpureis, lineis duabus elevatis. *Schrank. Enum. Ins. Austr.* 350.
Antennae nigrae pectinatae. Caput nigrum, uti et corpus. Thorax villo coccineo tectus. Elytra coccinea striato-punctata. Anus aculeo exserto armatus. Ad hanc speciem Fabricii referre malui, quam novam speciem cum Schrankio statuere.
In montibus Pedauli.

